



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod inientes pactum cum demonibus tacitum vel expressum sunt
idolatre h[a]eretici & alieni a catholica fide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

entis cum ceteris conditionibus & multa talia ad superstitionem pertinent secundum Aug. Et sunt quedam reliquæ idolatriæ: sed de his cartulis circa columnam alligatis inferius dicemus.

Quod inientes pactum cum demônibus tacitum vel expressum sunt idolatre heretici & alieni a catholica fide.

Tertia conclusio. sicut vera & Christiana fides mirabilia operatur in bene credentibus, sic & falsa & mala credulitas Deo permittente evētus malos interdum operatur vel potius demeretur. Primam partem ad lōgū deducit per exempla f Apostolus ad H̄bre. xi. sed de virtute fidei ipsa Euangelia multa loquutur. Reliquas partes conclusionis experitur quotidie in male credulis & superstitionis quos ita Deus punit propter malam fidem. Immodum

TRACTATVS

cognoscit dominus nimirū adherere aliquibus vanis obseruantiis permittit aliquos euentus contingere. Et ita eos plus consequentur firmari in tali opinione ut maior fiat cecitas eorum & in laqueum cadant quem sibi parauerūt. Per hęc igitur peccatum quod homines decipiuntur per cooperationes dęmonum propter eorum falsam credulitatem precedenter : & ideo obseruatores talium multa incommoda recipiunt propter eorum falsam fidem quę alii nullatenus patiuntur qui de talibus non curant.

Quod obseruātes dies & annos persuam falsam imaginationem quicquid mali euenerit imputant auguriantes malicie dei & anni.

Preterea dum imaginatio talium obseruantium dies & annos arctatur nimis circa tales dies quicquid mali eue-